

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium ak
cum fonte primo

Ingratum est beneficium
quod diu inter manus dantis hesit,
quod quis egre dimittere uisus est et sic dare
tanquam sibi eriperetur.

Ingratum est beneficium,
quod diu inter dantis manus haesit,
quod quis aegre dimittere uisus est et sic dare,
tanquam sibi eriperet.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.1.2
(F. Préchac ed., vol.1, p.25).

Gratissima autem sunt beneficia parata,
facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit
nisi in accipientis uerecundia.

Gratissima sunt beneficia parata,
facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit
nisi in accipientis uerecundia.

Seneca ibidem (libro IIII. de beneficiis).

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.1.3
(F. Préchac ed., vol.1, p.26).